



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Analysis Methodica Ivris Pontificii

Venator, Daniel

[S.I.], 1579

VD16 V 541

De Ordinatis Ab Episcopo, qui resignauit Episcopatui. Titulus XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

AXIOMATA ET SENTENTIAE.

Fauores sunt ampliandi, odia autem restringenda,
renouantes, 22. dist.

Qui afferit falsum, dum opinatur verum, si non cō-
tra conscientiam loquatur, non peccat, c. vnicō, extra,
deserut.

Nullus ordinetur clericus, nisi probatus fuerit, vel
examine Episcoporū, vel populari testimonio, c. nullus,
dist. 24.

Ipsi, quibus cura inquirendi committitur, cauere de-
bent, ne aut fauoris gratia, aut cuiuscunque muneric
cupiditate illecti à vero deuient, vt indignum & minus
idoneum ad sacros gradus suscipiendos Episcopi mani-
bus applicent: alias vterque, & examineror & exami-
natus & promotus ab altari Ecclesiasticaqüe dignitate
remouentur, c. quando Episcopus, dist. 24.

DE ORDINATIS AB EPISCO-
PO, qui resignauit Episcopatuī.

Titulus XIII.

Continuatio:

Et quomodo intelligatur, quòd ab Episcopo,
qui Episcopatuī renunciauit ordinatus officij
executionem non habeat?

Effectus renūciacionis est, vt quicquid post
eam fit, quod officio vel iuri, cui renuncia-
tum est, cohæret, non subsistat. Ideo sacros
ordines ab Episcopo, qui Episcopatuī renuncia-
uit, suscipiens executionem officij non habebit.

G 2 Requi-

100 ANALYS. IVRIS PONTIFICII

Requiritur tamen, 1. Ut Episcopus nō loco tantum, sed simul loco & dignitati renunciauerit, 2. Ut non minores; qui etiam à non Episcopo conferri possunt; sed maiores & sacros ordines contulerit. 3. Quod ordinatus sciuerit Episcopum renunciâsse, alias si ignorâsse, cùm culpabilis non sit, ei per dispensationem succurritur. Idem obseruatur, si ab Episcopo excommunicato ordines, à sciente, vel ignorantie suscipiantur, c. i. &, c. 2. extr. eod. c. gratia, i. quæst. i. &, c. statutum decretum.

DE AETATE, QVALITATE,
& ordine præficiendorum.

Titulus XIV.

Continuatio.

Inter Ecclesiasticas personas, quidam simplici nomine clerici, qui in octo, vel nouem classes distincti sunt, dicuntur: quidam prelati, magna potestate & reuerenda dignitatis præminentia excellentes, & sub his alij Ecclesiasticorum munium functioni addicti, in quorum promotione certa ætas, vitæ & doctrinæ integritas, & ordo requiruntur, esse censentur.

Quæ ætas requiratur, ut quis muneri alicui præfici possit?

Primo: minor 30. annorum ad Episcopatus dignitatem non ascendit. In dignitatibus autem inferioribus, & beneficijs, curam animarum habentibus, ætas 25. annorum determinata est, in qua sufficit, si ultimus annus cœptus sit, c. cùm in cun-